



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Procurationem suo officio rectè fungentibus pendi, aequum esse. 24

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

C A P. XX. *Officiales Archidiaconorum,
& Decanos Rurales, viros graves
esse oportere.*

Quod ut recte ac prudenter fiat, Archidiaconis nostris incumbit, ne ullos indigneos Officiales aut Decanos Rurales deligant aut admittant, sed ad has functiones viros tantum assument, cum doctrina praestantes, tum vita innocentis inculpataque, qui, nullius crimini labe notabiles, Officium suum irreprehensibiliter exequantur.

C A P. XXI. *Synodi Archidiaconales
antiquitatem quandam pre se ferunt.*

c. T. de
off. arch.
Hunc
Canonem
renarrat
B. Rhena-
mus in
procario
Tertul.

Ex vetustissima quadam inquirendorum criminum formula relicta est, ut Archidiaconi anno bissexili circumneant, & peccata enormia emendent; quæ sequitur in hæc verba: In Concilio publico, ab Episcopo habito, primitus jurare debent de villis singulis fidelissimi quique, liberi & servi, tres vel quatuor, seu etiam plures, ut rei veritas omnino inquiratur. Iuramentum autem illud hujuscemodi esse debet: Quicquid in villa, in qua habitat, veraciter sciat, vel serio audierit actum contra fidem rectam & Christianitatem, Episcopum aut ejus nuncium, quantum recordari possit & scientia subministrat, non lateat. Post juramentum vero Episcopus per singula numerare debet, quæ prius juramento comprehendit, hoc est: Si vir, super uxorem suam, aliquam clanculo corrupit: Si cum duabus cognatis, five mulier cum duobus propinquis fornicata sit: Si commatrem spiritualem aut filiolam suam stupro violavit: Si qua mulier partum suum necavit, vel conceptum quounque modo excusit: Si quis cognatum suum voluntate aut casu occidit, seu morbidum fecit, & neandum ad publicam penitentiam venit: Si mulier maritum suum, aut maritus uxorem suam, iniquo consilio intererit: Si quis virum aut foeminam veneno, aut aliqua alia potionem, occidit, & qui hoc, scilicet veneno, machinatur: Si sciat divinatrices vel augures, etiam illos qui per incredulitatem illas inquirant: Si sciant meritices, quia meretrice appellatur, si, uno contempto, cum aliis fornicatur, licet nupta non sit: Si illos etiam sciant, qui cum excommunicatis communionem habent: Si illos sciant, qui convicti sunt perjurium perpetrasse; Si & illos noverint, qui loca, Deo non dicata, contra fidem Ecclesiasticam colunt, & ad Christi Ecclesias venire contemnunt: Illos etiam si sciant, qui indictum jejunium negligunt. Hæc omnia dum Episcopus habet recitata, juratores per juramentum

commoneat; cæteros vero omnes, nobiles & ignobiles, per Bannum Christianitatis constringat, ut supradictas res minime celent, ac si in die judicij, ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, rei occultatione præfatarum rerum nefandarum inveniantur. Hoc enim indicet & per Bannum contestetur, ut nemo, per ullius timorem aut favorem vel etiam amicitiam, præfata reticeat, veraciter scita. neque per odium, neque per inimicitiam ullam, quicquam alicui irroget, quod veraciter non possit probare. Horum aliqua si antea in præfencia Episcopi allata esent, ejusque judicio terminata, postea iterata comperta fuerint; velut in initio, referantur, & Episcopali decreto constituantur.

C A P. XXII. *Abusus in Synodorum Archidiaconalium ac Ruralium observatione.*

Praescripta quidem formula, quam antiquitatis causa retulimus, succesiū temporis in abusum, quod negare non possumus, deducta est; quod non fidelissimi quique, sed leves delatores, non qui veraciter sciant, aut serio audiverint, idque à probatis, neque uno tantum, sed pluribus, hisque fide dignis minimeque malevolis; sed frequentius absque omni deleitu, vel leves ac futilis, vel invidi ac rapaces calumniatores, delationi comperiantur adsciti; quodque pro manifestis criminibus non Canonica penitentia, sed pecuniaria potissimum multæ à delinquentibus fuerint exactæ, permisis interim delinquentibus, haud præter grave populi offendiculum, in publica scelerum infamia perseverare.

C A P. XXIII. *Inter visitandum
abusus corrigendi.*

Quæ omnia magna correctione indigent; quam, volente ac adjuvante Deo, inter visitandum adhibebimus; nimur curatur, ut viris exploratæ virtutis tantum hoc Officii delegetur.

C A P. XXIV. *Procurationem suo officio recte fungentibus pendi, equum esse.*

His autem, qui Synodo præficiendi sunt, Ex Contra
sumptus necessarios (quam Procuratio- Lateran.
nem Canones vocant) per Parochianos sup- Ex Contra
peditari, justum atque equum est. Lateran.
Ex Contra
gener. c.
cum Apa
stolis c.
procura
tiones de
censibus

Cætera, qua præsentis Concilii Decretis comprehensio non sunt, (sunt autem pleraque, non minorem quam ea qua correximus, castigationem postulantia) ea secundum sacrorum Canonum censuram, partim in Visitatione, partim in futuris Synodis Episcopalis, Deo dante, emendare diligenter admitemur.

Canonum Concilii Provincialis Coloniensis, Anno
M D XXXVI celebrati, Finis.